



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Lvdovici De Ponte, Societatis Iesv, Meditationvm De Praecipvis Fidei Nostrae Mysteriis

Vitae Ac Passionis D. N. Iesv Christi; B.V. Mariae, & aliquorum Sanctorum
Qvae Historiam Complectitur vniuersæ Paßionis Dominicæ

Puente, Luis de la

Coloniae, 1614

Med. 7. De vltima Cœna, in qua Legalem Agnum Christus cum Apostolis
comedit. & quod prius ipse matri suæ valedixit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54653](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54653)

MEDITATIO VII.

DE VLTIMA COENA, IN
qua Christus Dominus noster cum suis
Apostolis legalem agnum comedit,
antequam Sanctissima matri
sua valedixit.

PUNCTVM I.



a Luc. 22. 7.

RIMA die Azymorum (quae
erat feria 5.) in qua necesse erat
iuxta legem occidi Pascha a
si Christus statim mane duos et

b Mar. 14. 13

discipulis suis Petrum & Ioannem ex Betha-
nia in Ierusalem b dicens, euntes parate nobis
Pascha, vt manducemus: at illi dixerunt,
vbi vis paremus? & dixit ad eos, ecce introeu-
tibus vobis in ciuitatem, occurret vobis homo,
amphoram aqua portans; sequimini eum in do-
mum, in quam intrat, & dicetis patri familiae

c Matt. 26.
18.

domus; & tempus meum prope est, apud te facis
pascha cum discipulis meis, & ipse vobis de-
monstrabit coenaculum grande stratam, & ibi
lic parate nobis.

I.

PERPENDENDVM hic primo, quam esset
Christus Dominus sollicitus circa obseruan-
tiam legis, qui voluerit nuncire in Ierusa-
lem.

lem, vbi necessariò erat agnus comedendus, quamuis non ignoraret, se ibi & capiendum, & crucifigendum, & sic vitam amissurum; scriptum faciens verè obedientem, vsque ad mortem. Illud quoque perpendam, quod sit perfectè obedientibus familiare, vt in tempore, res necessarias præparent, ad suam obedientiam, sine impedimento explendam, sicut hic Christus præparari voluit necessaria ad hoc pascha, præbens nobis exemplum obedientiæ, diligentiæ, & prouidentæ in eius executione, vt ego pudore afficiar, ob inobedientiam, incuriam, ac negligentiam meam in sanctissimæ eius legis obseruantia, etiam cum sine magno labore, aut meo dispendio satisfacere possam. Memor esto anima mea, sententiæ illius, *d præpara prius foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, vt postea adifices domum tuam.* Neque enim agrum animæ tuæ benè coles, aut exercebis mortificationibus, nec tuæ conscientie domum virtutibus ædificabis, nisi præpares, quæ sunt necessaria ad earum exercitationem.

d Preu. 24.
27.

II.

DEINDE perpendam, Christum Dominum nostrum, elegisse ex Apostolis duos præceteris dilectos: & in fide, amore, & obedientia insigniores, Petrum scilicet & Ioannem, vt domum & hospitem præuenientes, dexterritate & diligentia sua, ipsum Dominum iuuant, in præparandis, quæ necessaria erant ad sacrificium agni. Et præterea, vt nos doceret curam, quam par est nos ponere, in præparandis

nostris animabus, cum iis omnibus, quæ requiruntur ad sacrificium, & esum purissimæ nouæ legis Agni, qui in sanctissimo altaris Sacramento nobis proponitur: Ad quam præparationem pertinet in primis virtus fidei per Petrum significata, & virtus charitatis quam significat Ioannes, & vtraque feruens, ac perfectæ obedientiæ coniuncta. O Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, iustissimum est, ut magna te præparatione sumamus, purgantes & exornantes cœnaculum & salam, in quo spiritualiter sacrificandus, & comedendus. Mitte Domine è cœlo, ad hanc pauperem animam, fidei viuacitatem, & charitatis feruorem, cum promptitudine obedientiæ, quibus illa dilateretur, exornetur, & ut præparetur ad cœlestem hunc esum: nisi enim hæc tu miseris auxilia, nunquam me potero oportet præparare.

III.

DE NIQVË perpendam breuem ac mollem sententiam, quam suo nomine voluit Christus dici patrifamilias, *magister dicit: tempus meum propè est, apud te facio pascha cum discipulis meis*, quæ verba aded fuerunt efficacia, mox ille hospes, diuino spiritu afflatus, opem domus suæ locum, siue cœnaculum benè stratum obtulerit, in quo Christus Dominus, pascha suam celebraret, cui ipse cum omnibus, quæ habebat, inseruiret. O supplex Magister & Redemptor mi, cuius verba aded sunt efficacia, ut statim perficiant, quod dicunt, dic animæ meæ; iam tempus meum peruenit.

venit, apud te facio pascha cū discipulis meis. O tempus felicissimum, in quo Redemptor meus applicare vult mihi fructum passionis suæ, & ingressus animam meam, & in ea celebrare suum pascha, quod est transitus à terrenis ad cælestia. Veni ò Magister dulcissime, cum dulcissimo tuarum virtutum comitatu, & simul cum eis, celebra in anima mea hoc pascha, & conuiuium cœleste: ad quod tibi offero non solum optimum in domo mea locum, sed totam ipsam; quia tota tua est, & vti nam esset melior, vt complaceret tibi semper in ea manere.

PUNCTVM II.

SECUNDò est considerandum, Christum Dominum nostrum, antequam è Bethania exiret, voluisse matri suæ sanctissimæ valedicere, eiq; dicere, peruenisse iam hor à suæ Passionis ac mortis, quàm è tot annis adesse cupiebat, quo redemptioni mundi finem imponeret, sicut æternus pater ipsi commiserat. Quam vt præueniret, fas est credere, ipsum teniori animo, sed virili tamen, narrasse illi quæcunq; euentura sibi essent. dicens; ego vado Hierosolymam, ad sacrificandum, & comedendum agnum paschalem, & ad instituentum sacrificium, & sacramentum, cuius figura fuit agnus ipse paschalis; & mox tanquam latro, comprehendar à meis hostibus, in horto Gethsemani; vnde ligatum deduceant in do-

I.

mum Caiphæ, in qua tota nocte magnis contumelijs, ignominijs, & tormentis toleratis, summo mane deducar ad Tribunal Pilati, cuius iussu crudeliter verberabor, & spinea corona capiti meo ad maiorem irrisionem imponetur, & damnatus ad mortem crucis, ea oneratus, exibo ex illo prætorio ad montem Caluarium; vbi inter duos latrones medius crucifigatur, & post tres tandem horas exirabo. Hoc totum à patre meo æterno est ita decretum, & ad mundi redemptionem ita expedit: propter quam causam magna voluptate mea hoc totum amplector: satis enim mihi est quod pater meus ita velit, vt lubens illud acceptem; & quotquot patrem meum diligunt, meritò huic eius decreto & voluntati acquiescent.

II.

H A B C & similia verba, quæ filius sanctissimæ suæ matri dixit, transfixerunt eius sanctissimam animam grauissimis doloribus, quia vnumquodque verbum, erat gladius, qui eius cor pertransiret; sed illa oculis in coelum sublatis, cum æterno patre colloquens, ei dixit: Pater, si possibile est, ne bibat filius tuus & meus, aded amarum huius Passionis calicem: at non mea voluntas, sed tua fiat: & ad filium conuersa dixit: fili, siquidem hæc tua est voluntas, vt calicem hunc bibas, fac etiam mihi potestatem, vt illum tecum & ego bibam, assistens omnibus tuis laboribus: verum non quod ego volo fiat, sed quod tu vis. Hæc ratione persensit beatissima Virgo summum

dolo.

dolorem, cum summa tamen resignatione in diuina voluntate.

III.

LICET etiam piè meditari, Christum Dominum nostrum, vt cui fides, & inuictum matris suæ pectus erat cognitum, eidem commēdasse, vt in breui hac sua absētia, dissipatum Apostolorum & discipulorum suorum gregem, ad se reciperet, & eos in fide suæ resurrectionis confirmaret, animaret, & consolaretur: Et in hunc sensum & finem dixerit, eidem matri suæ aliquas sententias & rationes, ex multis, quas postea suis discipulis dixit in sermone, quem ad eos post cœnam habuit. O Virgo suprema, quam hæc dies amara fuit tibi, cum simul & vno veluti haustu, totius passionis calicem, sicut filius tuus tibi referebat, ebibisti. Iam a *gladius*, quem Simeon prædixit, *pertransire incipit animam tuam*, ingenti dolore: qui, si valdè nunc est acutus, præpara Virgo sanctissima cor tuum, quia die crastina multo magis excuetur! O si mihi contigisset tibi comitem assistere, vt vel vnicam calicis huius guttam delibare licuisset, & me istius gladij mucro saltem tetigisset. Obtineas mihi Domina tantum cœlestem fauorem, vt ita audiam, ac mediter tuos & filij tui labores, vt eorum particeps esse merear, Amen.

a Luc. 2.35.

os so

PUNCTVM III.

CIRCA vesperum feriæ quintæ, exiens Christus Dominus noster è Bethania, cum suis Apostolis, & perueniens in
a Luc. 22. 15. Ierusalem, a *cum facta esset hora discubuit: &*
12. Apost. cum eo, & ait illi: desiderio desideravi
hoc Pascha (agnum videlicet paschalem) man-
ducare vobiscum, antequam patiar.

I.

PERPENDENDVM hic primò, varios fuisse vultus eorum, qui illud iter conficiebant à Bethania in Ierusalem. Nam Christus Dominus noster, hilari vultu pergebat, quia sciebat se ad mortem, ex decreto patris ire; Iudas etiam ibat gaudens, quia videbat appropinquare tempus, & occasionem tradendi eum, quem iam venderat, & promissum sibi pretium recipiendi; ceteri Apostoli tristes incedebant, metuentes sui magistri mortem, memores illius eius sententiæ, qua pridie illis dixerat, *b Mat. 26, 2* *rat, b post biduum pascha fiet, & filium hominis tradetur, vt crucifigatur.* O fili hominis verus Deus & homo, cur in tuo comitatu accipis eum, qui tradit te, vt crucifigaris? attè de, quod iste lupus, totum gregem tuum sic turbaturus: & quandoquidem in eo colligendo tantum laborasti, expelle eum, qui sic totum dissipaturus. O quam dulces sermones habuit Christus Dominus cum suis discipulis, vt cordis illorum tristitiam moderaretur, & icineris laborem subleuaret: Felix ille, qui graditur
 cum

cum IESU, non fictè sicut Iudas, sed in veritate & simplicitate, sicut cæteri Apostoli; nam in dulci eius comitatu, leuamen inueniet suæ tristitiæ.

DEINDE perpendam viscerum Christi charitatem & comitatem, quam tenerrimus illis verbis expressit, *desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum*: atque si diceret, diu est, quod vehementer desiderauerim hunc diem, quò signa vobis ostēderem magni amoris; quem erga vos gero, comedens vobiscum non solum legalem hunc agnum, sed alium etiam multò excellentiorem, quem vobis offerre cogito, antequam patiar. O dulcissime & benignissime Magister, imminente tibi adeò amara passione ais, te vehementer desiderasse hoc conuiuium, proximè ante, quàm illam ingrediaris? quomodo huiusmodi tuis desideriis respondebo, nisi alia similia desideria concipiendo tibi seruiendi? vt si tu plurimum desideres hoc pascha vltimum manducare mecum, ego similiter vehementer desiderem tecum illud manducare. O Rex cœli, *c qui stas ad ostium cordis pulsans*, optans vehementer, *audiri vocem tuam & aperiri tibi ianuam, vt ad nos intrans, nobiscum cœnes, & nos tecum, Veni Domine in domum meam: patet enim tibi ostium, & vehementi desiderio tuum aduentum desidero, vt tuæ sim particeps cœnæ.*

II.

c. Apoc. 3. 20.

PUNCTVM IV.

VLTIMÒ considerandum est, Christum Dominum paschalem agnum comedisse, omnibus legis caeremonijs obseruatis, & contemplantem magno cordis sui sensu, quid illæ significarent.

I. **A**SPICIENS enim agnum illum super mensam mortuum excoriatum & a *assum* agni, obiciebatur illi, quod & ipse esset in ara crucis extendendus, occidendus, & verberibus exoriandus, & igni tormentorum asandus; obseruans verò secari illum in partes, *non confringendo eius ossa*, seipsum vidit luxatum quidem, sed nullo suo osse contracto. sicut accidit latronibus; attendens item *festinantes* illos, qui aderam, agnum *comedere* occurrebat illi, quàm festinanter superuentura esset super ipsum suorum inimicorum furia, ut illum cruciatibus consumerent; delibans etiam *lactu. ac agrestes* & amaras, meminit fellis & aliarum amaritudinum, quæ illum manebant; attendens denique ad *baculum*, quem manibus tenebat, recordatus est crucis, quam esset amplexurus, & cui clavis esset affigenda, O dulcis IESV, quàm fuit iste cibus amarus ex admixto amaro talis representationis condimento! tali Domine condimento desidero semper comedere, memor laborum, quos pro me sustinuisti, & fellis acetique, quod pro me gustasti.

DENIQUE finita legali coena, facile
 credi potest, CHRISTVM Dominum no-
 strum gratias aeterno suo patri egisse, quod
 finis tandem figuræ huic & repræsentationi
 impositus esset; & sese obtulisse ad omnia
 illa sustinenda, quæ in ea coena adumbraban-
 tur, quod eius diuinæ voluntati plenè satis-
 fieret, & porro dixisse: Pater mi, noui bene,
 te b *sacrificium & oblationem noluisse, nec ho-* b Psal. 39. 7.
locustum huius legis pro peccato postulasse,
 quod nihil horum plenè tibi placeret, ac pro-
 pterea misisse me in mundum, & c *corpus mi-* c Hebr. 10.
hi aptasse, vt ipse sacrificari possem, & quo- 6. 7.
 niam iam hæc hora huius sacrificij perue-
 nit, *ecce venio vt faciam Deus voluntatem*
tuam, sicut tu statuisti, ita ego volo. Gratias
 tibi vnigena fili DEI, pro noua hac tui ob-
 latione, quam æterno patri offers, & ego me
 tibi offero, vt faciam voluntatem tuam,
 iube Domine quod vis, & gratia
 tua me adiuua, vt, quæ iusse-
 ris, re ipsa præstare
 possim.

